

Reverendissime, Eminentissime S[acrae] R[omanae] E[cclesiae] Cardinalis, Amice Clarissime,  
Domine Colendissime!

Episcopali eminentiae v[est]rae consistorio, pro eo sorsum recurrente, ut quemadmodum in oppido Vásárhely co[m]m[un]it[at]us Csongradiensis factum. Ita in aliis quoq[ue] locis, ubi A catholici Confessionis suae exercitium habent, eisdem diebus quoq[ue] festis pulsus campanarum, ad antevertendam hujusmodi dierum festorum profanationem imponatur. A pulsu vero campanarum diebus, quibus Sacratissima Passionis Domini Mysteria recoluntur, instituendo, prohibeantur. Eminentiae proinde v[est]rae rescribendum esse duxit Consilium hoc Regium L[ocum]t[enen]t[ia]le, quatenus antelatum Ep[iscop]ale Consistorium suum eo inviari haud dedignetur, ut si in p[rae]missis excessus ne fors aliquos alicubi committi observaverit, hos, ut tales in singulo specifico casu, pro assignanda condigna poena repra[e]sentet. Datum ex Consilio L[ocum]t[enen]t[ia]li Regio Hungarico, Posony, die 13<sup>va</sup> Julii celebrato 1778.

Dilectionis Eminentiae

ac R[everen]diss[im]ae D[omini] v[est]rae

Amicus ad officia paratissimus, ad officia et servitia paratissimi

Comes Georgius Fekete

Michael Prezeker m[anu]p[ro]pria